2026-06-27 page 1/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 49.

Cod. XXX.

Lactantii Firmiani Libri VII. Divinarum Institutionum.

2a-2276

Inkunabel

partim membran. partim chart. Fol. min. 1. 6.
Saeculo ut videtur, XV. Scriptus. In eo habentur
I. (14. Jh)

Lactantii Firmiani Libri VII. divinarum Institutionum adversus gentes, quorum cuilibet profixa est inscriptio; primus agit de falsa religione, Secundus de origine erroris, etc. ut in editionibus; Sextus et Septimus inscriptione carent ex oscitantia miniatoris. His subjunguntur nonulla de Lactantio encomia, quae quoniam in editis non exstant, exscribere lubet.

"Lactantius quasi quidam fluvius eloquentiae tullianae
"Crispum filium Constantini latinis literis erudivit.
"Vir omnium sui temporis eruditissimus, adeo in hac
"vita pauper, ut plerumque necessariis indiguerit, ut
"/: utinam :/ tam nostra affirmare potuisset, quam
"facile aliena destruxit." Hier. epist. 13. ad Paulinum.
"Lactantius Firmianus vir doctrinae multiplicis, ta-
"rique inter suos eloquentiae filii, quoniam summi
"Principis, magister communi egestate vitam duxit."
"Lactantium propter eruditionem legendum arbitror,
"quemadmodum Origenem, Arnobium et nonullos ecclesiasticos
"Scriptores Graecos pariter et Latinos, ut bona eorum
"eligantur, vitemusque eorum alia, juxta Aposto-
"lum: Omnia probate etc. Quis enim interdicere

2026-06-27 page 2/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 50.

„poteſt, ne legam inſtitutionum libros, quos contra gentes
„ſcripſit fortiſſime? Qui de ira Dei quoque et opificio
„duo volumina edidit; quem quisquis legerit: dialogum Ci-
„ceronis exſcriptum reperiet."
„Audi ergo quod Lactantius, vir poetarum et philoſopho-
„rum notitia, et Ciceronis facundia; ſed etiam quae
„cuncta tranſcendit, catholica religione clariſſimus, primo
„ſuarum inſtitutionum libro ait: Neſciunt quis ſit li-
„centia poetica modus: quousque progredi fingendo liceat."
„Lactantius Firmianus, et ipſe vir magnus in eo libro,
„quo Gentilium erroribus exarmatis, fidem noſtram,
„quantum quivit, armavit, omnemque hanc Deorum
„ſcenam mirabili et laudabili curioſitate detexit. In
„eo opere anguſto atque aliis ſequentibus viam fecit.
„Quomodoque multa de prima Deorum inventione diſſe-
„ruiſſet, sic adjecit: Denique ipſi Reges, quomodo cari
„fuiſſent iis, quorum vitam compoſuerant."
De Lactantio vid. Dupin in Biblioth. nouv. des auth.
eccleſ. T. I. pag. 324. Pope Blount in cenſ. celebr.
Auth. pag. 216.

2.

Q. S. Fl. Tertulliani Apologeticus.

228a–270b

Q. Septimii Florentis Tertulliani Apologeticus adver-
ſus gentes, qui incipit: "Si non licet vobis" etc. Promitti-
tur duplex de Tertulliano teſtimonium S. Hieronymi,
primum est: Tertullianus preſbyter, quod dedit in
Catal. Scriptor eccleſiast. alterum: Quid Tertulliano
eruditius est. quod habetur in S. Hieronymi Epiſt. ad
Magnum, oratorem Rom. ubi de ſcript. criſt.
De Tertulliano, ejusque ſcriptis vid. Dupin Nouv.
Bibl. des aut. eccleſ. T. I. pag. 90. et segq.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1728

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)